

LIBER SEPTIMUS
DE CENSURIS ECCLESIASTICIS
ET IRREGULARITATIBUS.

CAPUT I.

De Censuris in genere.

DUBIUM I.

Quid sit Censura ecclesiastica.

1. *Quid est censura.* — 2. *An censura privet bonis internis.* — 3. *An degradatio vel depositio sit censura.* — 4. *An cessatio a divinis.* — 5. *An irregularitas (de qua vide etiam infra n. 341).*

Quid sit
censura.

1. - « Resp. Est poena spiritualis et « medicinalis, per quam homini baptizato « delinquenti ac contumaci per potentiam « ecclesiasticam auferitur usus quorum- « dam spiritualium bonorum. — Lay- « mann ¹ ». Nota verbum: *medicinalis*. Et ideo non sunt excommunicandi ii de quibus correctio desperatur, nisi fiat ad terrorem aliorum. — Salmant. ² cum S. Thoma ^{a)}.

« Unde resolves:

Censura
non privat
bonis inter-
nis.

2. - « 1°. Per censuram non privatur « homo bonis mere internis, v. gr. chara- « ctere, potestate Ordinis; nec bonis pro- « priis ac privatis, v. gr. fide, caritate, « gratia, etc. » [Nec communione sanctorum, radicaliter derivante ex fide et caritate: vide Salmant. ³] — « sed quibusdam « externis et publicis, sive actionibus, quae « habent spiritualem aliquem effectum vel « commodum: ut sunt Sacrificium, officium « divinum, beneficium, administratio et « susceptio sacramentorum, indulgentia, « publica Ecclesiae suffragia. Quia haec, et « non illa, subsunt dispositioni Ecclesiae. « — Unde, si interdum privetur bono ali- « quo temporali, v. gr. convictu humano « per excommunicationem, id tantum fit « secundario.

« 2°. Exilium, carcer, servitus, privatio « beneficii (nisi adjunctam habeant suspen- « sionem aliquam spiritualium actionum) « non sunt censurae; quia sunt poenae « temporales ».

Poenae
mere tem-
porales non
sunt censu-
rae.

3. - « 3°. Nec *degradatio* vel *depositio* « est censura. — Quia etsi sit poena spi- « ritualis, non tamen medicinalis, sed per- « petua; et ob peccatum praeteritum, « etiam emendatum, potest infligi ».

Degrada-
tio vel depo-
sicio non est
censura.

Ita verius et communius Salmant. ⁴ cum Suarez, Bonacina, Palao, Coninck, Valentia, etc. (contra Gutierrez, Ledesma, etc.). Et clare colligitur ex cap. *Quaerenti, de verbor. signif.*, ubi sic habetur: *Quaerenti quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum hujusmodi clausulam in nostris litteris apponimus. Respondemus quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis et excommunicationis sententia valeat intelligi.*

4. - « 4°. Nec *cessatio a divinis.* — « Quia non imponitur per modum medi- « cinae ad tollendam contumaciam; sed « ad propulsandam injuriam Ecclesiae fa- « ctam ».

Nec cessa-
tio a divi-
nis.

5. - « 5°. Nec *irregularitas*: sive sit « ex defectu, quia haec non est poenalis, « sed tantum impedimentum canonicum;

Nec irre-
regularitas.

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 1. — ² Tr. 10, de Censur., cap. 1, n. 10. — ³ Loc. cit., n. 8. — ⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 12. - *Suar.*, de Censur., disp. 1, sect. 3 et disp. 30. - *Bonac.*, de Censur., disp. 1, qu. 1, punct. 1, n. 4. - *Palao*, tr. 29,

disp. 1, punct. 1, n. 4. - *Coninck*, disp. 13, de Censur., dub. 1. - *Valent.*, in 3^{ra} Part., disp. 7, qu. 19, punct. 1. - *Gutier.*, Can. Quaest., lib. 1, cap. 3, n. 6. - *Petr. Ledesma*, Sum., de Censur., cap. 1, concl. 3.

i. - a) S. Thomas, *1^a 2^{ae}, q. 87, art. 8, ad 2*, de poenis tractat quae aliquando pro peccatis alienis infliguntur, et dicit: « sunt

remedia quaedam vel medicinae contra culpas sequentes, ut vel ipsi qui puniuntur vel alii cohibeantur a similibus culpis ».

« sive sit ex delicto, quia haec non irrogatur per modum poenae medicinalis, sed punitivae et ex se perpetuae. Unde nec tollitur per absolutionem, sicut censura, sed per dispensationem. — Bonacina¹ ».

Idem docent Suarez², Bonacina³, Contin. Tournely⁴, Salmant.⁵, Palaus⁶, etc.

contra Sotum, Bañez, Covarruvias^{a)}, etc.). Et huic sententiae favet etiam Benedictus XIV⁷. — Vide dicenda n. 341.

« 6°. Quando in jubilaeis vel privilegiis datur potestas absolvendi a censuris, non comprehenditur irregularitas, nisi expresse addatur ». [Ut declaravit idem Benedictus XIV]⁸.

DUBIUM II.

Quotuplex sit Censura.

6. Quotupliciter censurae dividantur. — An censurae latae ab episcopo in synodo sint perpetuae et tamquam latae a jure. — 7. Quando censurae reputentur esse latae sententiae. — 8. Quando ferendae.

6. — « Resp. Dividitur I°. Essentialiter in excommunicationem, suspensionem et interdictum.

II°. Accidentaliter in eam quae est a jure, et fertur per canones, constitutiones vel statuta ecclesiastica, stabili ac permanente lege; — et eam quae est ab homine, quae scilicet fertur a iudice vel praelato per modum mandati vel sententiae judicariae. Estque vel particularis, circa factum aliquod particulare aut certas personas, vel generalis, quae nulla singularis facti aut personae determinatione fertur ».

Nota igitur quod censurae quas fert episcopus in synodo dioecesana, dicuntur latae per modum statuti: et haec, tamquam latae a jure, durant post mortem episcopi. — Aliae vero extra synodum, dicuntur latae ab homine per modum praecepti seu mandati aut sententiae: et haec per mortem ferentis cessant, sive praeceptum sit particulare sive generale. — Ita Roncaglia⁹, Salmant.¹⁰, Croix¹¹ cum Dicastillo^{a)}.

« III°. In eam quae est sententiae latae, quam scilicet jus aut iudex statuit ipso

« facto (quo quis v. gr. contra legem facit), sine alia sententia incurrendam; et in eam quae est ferendae, quam jus aut iudex non vult ipso facto incurrere, sed per sententiam infligi. — Pro quibus dignoscendis, consideranda sunt verba quibus censura fertur; quae, si includant alterius actionem seu ministerium, significant censuram esse sententiae ferendae; latae vero, si non includant. — Si vero ambigua sint, teneri potest regula 49 juris in 6°, quod in dubio circa poenas benignior interpretatio sit facienda ».

Ita etiam Sporer¹², Contin. Tournely¹³, Concina¹⁴; item Filiucci, Machado, etc. cum Salmant.¹⁵, ex cap. *Odia* et ex cap. *In poenis*, de reg. juris in 6°.

« Unde resolves:

7. — « I°. Est censura latae sententiae: « 1°. Si verba sint praeteriti aut praesentis temporis: v. gr. *Excommunicavimus*, *excommunicatus est* vel *fuit*. *Excommunico*, *suspenduntur*, *interdicuntur*. *Volumus* aut *jubemus esse excommunicatum*, *suspensum*, etc. — 2°. Si adda-

Ferendae sententiae.

Quando nam reputatur latae sententiae.

¹ De Censur., disp. 1, qu. 1, punct. 1, n. 4. — ² De Censur., disp. 1, sect. 3, v. *Contra hanc*. — ³ Loc. cit. — ⁴ De Censur., part. 1, cap. 1, v. *Idem denique*. — ⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 12 et 15. — ⁶ Tr. 29, disp. 1, punct. 1, n. 4. — ⁷ Sotus, in 4, dist. 22, qu. 3, art. 1, v. *Secundum discrimen*. — ⁸ Bañez, in 2^{ae}, qu. 64, art. 8, quaestiu. 4, dub. 1. — ⁹ Encycl. *Inter praeteritos*, de die 5 Decembr. 1749,

§ 50. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Tract. 4, de Censur., qu. 1, cap. 1, qu. 2, resp. 2. — ¹² Tr. 10, cap. 1, num. 16. — ¹³ Lib. 7, num. 7. — ¹⁴ Suppl. Decal., cap. 3, num. 6. — ¹⁵ De Censur., part. 1, cap. 1, v. *Dividitur* 3. — ¹⁶ De Censur., diss. 1, cap. 1, num. 5. — ¹⁷ *Fill.*, tr. 11, num. 17. — ¹⁸ *Machado*, lib. 1, part. 3, tr. 2, docum. 1, num. 7. — ¹⁹ Tr. 10, cap. 1, num. 18.

5. — ^{a)} Covarruvias ita profecto citatur a Salmant.; sed non citatur apte saltem quoad irregularitatem; et solum in cap. Alma mater, part. 2, § 2, n. 1, vocat censuram cessationem a divinis.

6. — ^{a)} Dicastillus, de Censur., disp. 1, dub. 9, dicit episcopum posse censuras ferre perpetuo duraturas, etiam extra synodum, quibusdam exceptis, n. 165. Idemque videntur insinuare Salmant. et Croix, dum distinguunt

« tur particula: *ipso jure, ipso facto*, vel *sine alia sententia*. — 3°. Si verba sint imperativi modi, v. gr. *Incidat in excommunicationem, maneat interdictus*, etc. — Ratio, quia haec omnia nullius actionem interponunt ».

8. — « II°. Sententiae ferendae est, saltem ut plurimum:

« 1°. Si verba sint futuri temporis, v. gr. *Excommunicabitur, suspendetur*. — [Ita [Contin.] Tournely¹ et Concina²].

« 2°. Si dicatur: *Excommunicetur, suspendatur, volumus excommunicari*. — [Ita Sporer³; sed vide hic in fine].

« 3°. Si verba sint minatoria, v. gr. *Sub poena excommunicationis, sub interminatione anathematis*, etc.: nisi tamen ex adjunctis aliud colligatur^{a)}.

Ita etiam Salmant.⁴ cum Filiuccio, Avila, etc.; Concina⁵ et [Contin.] Tournely⁶. — Item si dicatur: *Volumus excommunicari, suspendi*, etc. Roncaglia^{b)}.

¹ De Censur., part. 1, cap. 1, v. *Dividitur* 3°. — ² De Censur., diss. 1, cap. 1, n. 5. — ³ Suppl. Decal., cap. 3, n. 6. — ⁴ Tr. 10, cap. 1, num. 18 et 19. — ⁵ *Fill.*, tr. 11, num. 20. — ⁶ Avila, part. 2, cap. 2, dub. 2. — ⁷ Loc. cit., num. 5. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ *Bonac.*, disp. 1, qu. 1, punct. 1, num. 6. — ¹⁰ *Tertia*. — ¹¹ *Gasp. Hurtad.*, de Censur. in comm., diff. 5,

Si autem dicatur: *Excommunicatus sit*, Bonacina, Hurtadus, etc. cum Salmant.⁷ tenent excommunicationem esse latae sententiae. Sed Sanchez, Laymann^{c)}, etc. volunt esse ferendae. Utraque est probabilis.

Si dicitur: *Anathema sit*, Sanchez et Dicastillus apud Croix⁸ dicunt esse ferendae (contra Suarez et [Contin.] Tournely⁹: nisi fiat contra haeresim).

Quod autem ait Busenbaum, si dicatur: *Excommunicetur, suspendatur*, etc., intelligi ferendae sententiae, hoc explicandum est si praeceptum excommunicandi, suspendendi, etc., alteri (puta episcopo) imponatur. — At si absolute modo imperativo profertur, censura dicenda est latae sententiae; ut pro certo asserit Bonacina¹⁰, et communiter docent Silvester^{d)}, Angelus^{d)}, Armilla^{d)}, Suarez^{d)}, Vasquez^{d)}, Avila^{d)} et Dicastillus^{d)}, apud Croix^{d)}.

num. 20. — ⁷ Loc. cit., num. 19. — *Sanch.*, de Matr., lib. 7, disp. 12, num. 2; et Decal., lib. 2, cap. 38, num. 91. — *Sanch.*, loc. cit. — *Dicast.*, de Censur., disp. 1, n. 110. — ⁸ Lib. 7, num. 9. — *Suar.*, disp. 3, sect. 3, v. *Item quaeri*. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Loc. cit., num. 6, resp. 2, v. *Secunda regula*.

censuras ab homine a censuris a jure quae sunt per legem et statutum, nec loquuntur de synodo.

8. — ^{a)} Limitationem istam omittunt Salmant. Concina et Contin. Tournely.

^{b)} Roncaglia, loc. cit., cap. 1, qu. 2, resp. 4, formulam hanc non habet.

^{c)} Laymann, lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 2, n. 3, dicit hanc esse ferendae sententiae, nisi tamen, ut limitat, aliunde constet esse latae sententiae.

^{d)} Auctores isti non citantur a Croix, loc. cit., n. 9, pro formulis hic relatis; et profecto Silvester v. Excommunicatio I, n. 22; Angelus, v. Excommunicatio II, n. 7; Armilla, v. Excommunicatio, n. 18; Suarez, disp. 3, sect. 2, v. *Sed quid*; Vasquez, in 1^{am} 2^{ae} disp. 173, cap. 1, n. 3 et 6; Avila, part. 2, cap. 2, disp. 1, dub. 2; Dicastillus, loc. cit. n. 102, dicunt formulas istas esse ferendae sententiae, quia requirunt alterius ministerium.

DUBIUM III.

Qui possint ferre Censuram, et in quos.

9. *Quis possit censuram ferre.* — 10. *Ex potestate ordinaria, possunt* 1. *Papa.* 2. *Episcopi.* *An autem eorum vicarii.* 3. *Praelati regulares.* 4. *Concilia et capitula.* 5. *Qui hoc habent ex privilegio.* — 11. *Quis possit ferre censuras ex potestate delegata.* — *Non possunt* 1. *Parochi.* 2. *Laici.* 3. *Feminae.* — 12. *Quot conditiones requirantur ut quis possit censuram ferre:* 1. *Ut sit vir.* 2. *Baptizatus.* 3. *Tonsuratus.* 4. *Compos rationis.* 5. *Ut habeat jurisdictionem expeditam.* 6. *Ut libere agat.* — 13. *Quae conditiones, ut quis possit censura ligari:* 1^o *Ut sit homo.* 2^o *Baptizatus.* 3^o *Compos rationis.* *An ebrii vel amentes ad tempus.* — 14. *An impuberes doli capaces.* — 15. 4^o *Ut sit subditus.* — 16. *An reges.* — 17. *An peregrini.* — 18. 5^o *Ut sit persona determinata, quoad excommunicationem.* — 19. *An excommunicatio in communitatem sit valida et licita.* — 20. *Praelati regulares possunt censuras ferre in subditos ubique existentes.* — 21. *Qu. 1. An episcopus existens extra dioecesim possit ferre censuras in subditos.* — 22. *Qu. 2. An contra existens in Dioecesi possit ligare censura subditum extra degentem.* — 23. *Qu. 3. An subditus delinquens extra dioecesim incurrat censuram latam per praeceptum in futuros delinquentes.* — 24. *An monasteria regularium sint loca exempta.* — 25. *Quid, si agatur de damno resarciendo.* — 26. *Qu. 4. An episcopus possit censuras ferre in subditum alienum delinquentem in sua dioecesi.* — 27. *Qu. 5. An censura lata generaliter liget alienigenas.* — 28. *Quomodo quis ligari possit pluribus censuris.*

9. — « Resp. I^o. Censuram ferre potest « omnis ac solus superior ecclesiasticus, « habens in foro externo seu contentioso « jurisdictionem sive ordinariam sive de- « legatam ».

Est de fide contra novatores, quod Ecclesia potestatem habet ferendi censuras, quibus suos subditos bonis spiritua- libus privet; ex concilio Constantiensi¹, et ex bullis Martini V et Leonis X.

10. — Porro ordinariam, quae est ra- « tione officii vel alterius juris, potestque « delegari clerico clericatus privilegio gau- « denti (ut Bonacina², Laymann³ ex cap. « Cum ab ecclesiarum, de off. jud. ordin., « S. Thomas, etc. docent), habet:

¹ Sess. 8, ap. Labbe, tom. 16, col. 120. — *Martin. V*, bulla *Inter cunctas*, § 11, de die 22 Febr. 1418, in Bullar. Mainardi. — *Leo X*, bulla *Exurge Domine*, § 2 et 3, de die 15 Junii 1520, in cit. Bullar. — ² Disp. 1, qu. 1, punct. 2, n. 6.

10. — a) Cap. *Venerabilibus* loquitur de po- testate quam habet archiepiscopus absolvendi a censuris latis a suffraganeis; sed eadem est potestas ligandi et solvendi, proindeque recte citatur hoc loco.

b) Sayrus, *de Censur.*, lib. 1, cap. 5, n. 11; et Ugolinus, *de Censur.*, tab. 1, cap. 2, § 20, n. 7, quidquid dicat Croix, tenent sententiam affirmantem quae S. Alphonso probatur. « Vi- carii generales episcoporum (sunt verba Sayri),

« 1^o. *Papa*, respectu totius Ecclesiae. « 2^o. *Patriarchae, Archiepiscopi*. — [Respectu tantum subditorum suae dioecesis, non vero aliarum suffraganea- rum, nisi tempore visitationis, aut nisi causa sit per appellationem ad ipsos de- voluta. Palaus⁴, Coninck⁵ et Salmant.⁶, ex cap. *Venerabilibus*, de sent. excomm. in 6. a)].

« *Episcopi*. — [Dummodo sint con- firmati, esto non consecrati; quia per con- firmationem jam accipiunt jurisdictionem. [Contin.] Tournely⁷ et Salmant.⁸, ex cap. *Transmissam*, de elect.] — « Eorumque « *Vicarii Generales*. [Hoc tamen ne- gant Sayrus^b], Ugolinus^b) et alii, apud

— ¹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 3, n. 1. — *S. Thom.*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 2, solut. 1 et 2. — ⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 4, n. 2. — ⁵ Disp. 13, dub. 4, n. 31. — ⁶ Tr. 10, cap. 1, n. 29. — ⁷ De Censur., part. 1, cap. 2, art. 2, v. *Dico 1.* — ⁸ Loc. cit., n. 29.

quamvis sacerdotes non sint, excommunicare possunt et absolvere a censuris, dummodo pri- mam tonsuram habeant... Quia potestas excom- municandi jure competit eis qui habent juris- dictionem ecclesiasticam ordinariam in foro exteriori, etiam si sint episcopis inferiores». — Ugolinus vero: « Vicarius... episcopi ordi- narius iudex est, ordinariamque jurisdictionem habet... Hinc fit ut et censurae ab hujus- modi vicariis legitime in subjectos ferantur ».

1^o Papa.
2^o Patriar-
chae, ar-
chiepiscopi.

Episcopi.

Et eorum
vicarii ge-
nerales.

3^o Praelati
regulares.

4^o Concilia
et capitula.

5^o Qui hoc
habent ex
privilegio.

Quis pos-
sit ferre cen-
suras ex po-
testate dele-
gata.

Croix¹. Sed verius affirmant cum Busen- baum, Fagnanus², Bonacina³, [Contin.] Tournely⁴; item Suarez, Sanchez, Gutier- rez, Garcia et plures, apud Croix.⁵ Quia hoc pertinet ad ordinariam potestatem vicarii, qui cum episcopo unum facit tri- bunal; ut ex cap. *Romana*, de appellat. in 6, et cap. 2, de consuetud. in 6.].

« 3^o. *Generales, provinciales et supe- « riores locales religionum* » [Uti etiam priores, guardiani, rectores; ut Suarez⁶, Bonacina⁷, Palaus⁸ et Salmant.⁹ ex cap. *Cum in ecclesiis*, de majorit. et obedient.] — « respectu suorum subditorum.

« 4^o. *Congregationes religionum, con- « cilia provincialia episcoporum, capitula « provincialia quorundam religiosorum*. — [Ac capitulum ecclesiae cathedralis, sede vacante, seu vicarius capitularis pro eo. Salmant.¹⁰, ex cap. *Cum olim*, de majorit. et obed. c)].

« Et denique 5^o. Quidam alii ex con- « cessione; ut multi archidiaconi, archi- « presbyteri et decani ».

Adde quod censuras ferre possunt omnes qui per communem errorem cum titulo praesumpto, tamquam superiores habentur ex leg. *Barbarius*, ff. de offic. praetor., et can. *Infamis*, caus. 3, qu. 7. — Vide Salmant.¹¹.

11. — « *Delegati* habent, quibus ea « committitur ab ordinariam habente: cu- « jus morte expirat ». [Nisi causa a dele- gato jam sit incepta, etiam per solam citationem: ex cap. *Gratum de off. et pot. jud. deleg.*] « Nec delegatus potest alteri « delegare: nisi habeat specialem hujus « commissionem, ut, si sit delegatus Pa-

¹ Lib. 7, n. 24. — ² In cap. *Quoniam*, de off. deleg., n. 15, 41 et 42. — ³ Disp. 1, qu. 1, punct. 2, n. 5. — ⁴ De Censur., part. 1, cap. 2, art. 2, v. *Dico 1.* — *Suar.*, de Censur., disp. 20, sect. 1; et disp. 2, sect. 2. — *Sanch.*, de Matr., lib. 3, disp. 29, n. 16, resp. ad 2. — *Gutier.*, Canon. Quaest., lib. 1, cap. 11, n. 8. — *Garcia*, de Benef., part. 5, cap. 8, n. 94. — ⁵ Loc. cit., n. 24. — ⁶ Disp. 2, sect. 2. — ⁷ Loc. cit., n. 5. — ⁸ Tr. 29, disp. 1, punct. 4, n. 2. —

« pae ». [Ex cap. 3, de off., et pot. judic. deleg. propter privilegium quod habent delegati a Pontifice].

« Unde resolves:

« Non possunt potestate ordinaria ferre « censuram:

« 1^o. *Parochi*. — [Ut communiter Con- tin. Tournely¹² cum D. Thoma^a), D. Bo- naventura^a), etc.; et Salmant.¹³ cum Sua- rez, Soto, etc.; cum potestas eis concessa ex jure communi sit abrogata per con- suetudinem].

« 2^o *Laici*; quia non sunt capaces juris- « dictionis ecclesiasticae: — uti et religiosi « professi non habentes primam tonsuram.

« 3^o. *Feminae*, licet sint priorissae vel « abbatissae; quia non sunt capaces ju- « risdictionis seu potestatis clavium. — « Quando vero in jure dicuntur posse « subjectos sibi clericos suspendere ab « officio vel beneficio, suspensio non acci- « pitur proprie pro censura, cujus violator « irregularitatem incurrit; sed late et im- « proprie pro praecepto quo abbatissa cle- « rico sibi quodammodo subjecto prohi- « bet celebrationem, donec satisfecerit, « subtrahens ei redditus interea. — Vide « Bonacina¹⁴, Laymann¹⁵ ».

12. — Hic sedulo notandum quod ut aliquis possit censuras ferre, sex condi- tiones requiruntur:

Requiritur 1^o. Ut sit *vir*; saltem lo- quendo de potestate ordinaria.

An autem *Papa*, ex plenitudine pote- statis, possit committere mulieri faculta- tem ferendi censuras? — Probabilius ne- gant Salmant.¹⁶ cum S. Thoma^a), Coninck, Soto^a), etc. (contra Croix¹⁷ cum Paludano,

⁹ Tr. 10, cap. 1, n. 31. — ¹⁰ Loc. cit., n. 32. — ¹¹ Loc. cit., n. 38. — ¹² De Censur., part. 1, cap. 2, art. 2, *Dico 1*, v. *Quaeres*. — ¹³ Loc. cit., n. 33. — *Suar.*, de Censur., disp. 2, sect. 2. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 2, art. 1, concl. 2. — ¹⁴ Disp. 1, qu. 1, punct. 2, n. 3 et 4. — ¹⁵ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 3, n. 2 et 3. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 1, n. 48. — *Coninck*, disp. 13, n. 33. — ¹⁷ Lib. 7, n. 19. — *Palud.*, in 4, dist. 19, qu. 2, art. 1, concl. 3 (n. 6).

c) Cap. *Cum olim* tractat de facultate con- firmandi vel annullandi electiones, sede va- cante.

11. — a) D. Thomas, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 2, sol. 1, equidem dicit parochos non posse excommunicare, sed addit « nisi ex commissione eis facta, vel in certis casibus

sicut in furto et rapina et hujusmodi, in qui- bus est eis a jure concessum quod excommu- nicare possint ». Item D. Bonaventura, in 4, dist. 18, part. 2, qu. 3.

12. — a) S. Thomas, in 4, dist. 19, qu. 1, art. 1, sol. 3, ad 4, absolute dicit: « Mulier... non potest habere aliquam jurisdictionem spi-

Non pos-
sunt paro-
chi,

nec laici,

nec femi-
nae.

Ut quis
possit cen-
suras ferre,
requiruntur:

1^o Ut sit
vir.

Quis pos-
sit censu-
ram ferre.

Ex pote-
state ordi-
naria pos-
sunt:

Leandro, etc.). Ratio, quia potestas haec data est Apostolis et eorum successoribus, quibus traditae sunt claves Ecclesiae; potestas autem clavium nullo modo mulieribus tradi potest.

Requiritur 2^o. Ut sit *baptizatus*; quia qui non est in Ecclesia, non est capax ecclesiasticae jurisdictionis. — Ita verius Suarez, Candidus et Salmant.¹; contra Ugolinum^{b)}, etc.

Requiritur 3^o. Ut sit saltem *prima tonsura insignitus*: alias nequit jurisdictionem spiritualem habere, cum non sit in ordine ecclesiastico adhuc constitutus. Ita Salmant.² cum S. Thoma, ex cap. *Ecclesia Sanctae Mariae, de constit.*, ubi laicis spiritualia tractare prohibetur. Et ideo, laicus nequit in vicarium ab episcopo eligi; ut Salmant.³ cum Covarruvias. — Communiter tamen dicunt doctores, quod ex commissione Pontificis posset laicus ferre censuras; quod enim censuras ferens debeat esse Ecclesiasticus, est de jure positivo, in quo potest Papa dispensare. Ita Palaus⁴, Contin. Tournely⁵, Bonacina⁶; Salmant.⁷ cum Coninck et Candido, ac Croix⁸ cum communi.

Requiritur 4^o. Ut sit *compos rationis*; est commune. Vide Salmant.⁹. — Imo debet habere *intentionem* ligandi eum contra quem fert censuram, ex cap. *Cum voluntate, de sent. excom. c)*. Ex quo infertur 1^o. Quod si praelatus intendit alium quem eximere a generali sententia, ille

Leand., de Censur., tr. 1, disp. 2, qu. 31. — Suar., disp. 2, sect. 3, v. Tandem. — Candid., de Censur., disquis. 22, art. 6, dub. 2. — ¹ Tr. 10, cap. 1, n. 51. — ² Loc. cit., n. 52 et 53. — S. Thom., in 4, dist. 18, qu. 18, qu. 2, art. 2, sol. 2. — ³ Loc. cit., n. 52. — Covar., in cap. Alma mater, part. 1, § 11, num. 3. — ⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 4, num. 3. — ⁵ De Censur., part. 1, cap. 2, art. 2, Dico 2, v. Quaeres 1. — ⁶ Disp. 1, qu. 1, punct. 2, num. 6. — ⁷ Tr. 10, cap. 1, n. 52. — Coninck, disp. 13, n. 32. — Candid., disquis. 22,

ritualem...; unde mulier non habet neque clavem ordinis neque clavem jurisdictionis. — Sotus vero, in 4, dist. 20, qu. 1, art. 4, v. Haec autem dicta sint, scribit: « Ex commissione non video cur non possint hanc habere potestatem constituendi hujusmodi praecepta spiritualia... citra tamen excommunicationis censuram: nam haec facultas nunquam mulieribus commissa est, nec eis committere decet ».

b) Ugolinus tab. 1, cap. 2, § 9, non negat requiri ut sit baptizatus, imo id plane requirit

non incurrit. Infertur 2^o. Quod si praelatus censuram ferat sine animo ligandi, censura non incurritur. Infertur 3^o. Quod si quis excommunicatur ad instantiam partis, ille solum juxta intentionem partis manet ligatus. — Ita Salmant.¹⁰

Requiritur 5^o. Ut habeat *jurisdictionem expeditam quoad usum*. Hinc episcopus excommunicatus, suspensus, haereticus aut schismaticus nequit ferre censuras, ex cap. *Exceptionem, de except.* Et ideo vicarius episcopi excommunicati aut suspensi nec potest ferre censuras, ex c. 1, de offic. vicar. in 6^o.

Occultus tamen haereticus aut excommunicatus valide, etsi illicite, fert censuras: ita communiter Suarez¹¹, Sotus¹², Diana^{d)}; et Salmant.¹³ cum Sayro, Cornejo et Leandro. Et ratio est, quia propter publicum bonum (nisi sit vitandus), Ecclesia illi conservat jurisdictionem; ut dicit Sayrus¹⁴. — Imo Cornejo, Sayrus, Bonacina, Diana, Avila, etc., apud Salmant.¹⁵, tenent etiam publice excommunicatum valide ferre censuras (si non sit nominatim denunciatus, vel publicus clerici percussor): ex extravag. Martini V *Ad evitanda*, ubi sancitur, excommunicatum toleratum, in eis quae pertinent ad publicum officium, non esse vitandum, nec etiam ab illis qui id sciunt.

Requiritur 6^o. Ut censuram ferens *libere agat*, non coacte, ex cap. *Cum voluntate, de sent. excom. c)*.

art. 6, dub. 2. — ⁸ Lib. 7, n. 19. — ⁹ Loc. cit., n. 55. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Disp. 14, sect. 1, v. De occulte. — ¹² In 4, dist. 22, qu. 2, art. 1, concl. 3. — ¹³ Loc. cit., n. 58. — Sayr., de Censur., lib. 1, cap. 5, n. 34 et seqq. — Cornejo, de Censur., disp. 2, dub. 4, concl. 1. — Leand., tr. 1, disp. 2, qu. 37. — ¹⁴ Loc. cit., n. 35. — Cornejo, loc. cit., concl. 2. — Sayr., loc. cit., n. 35. — Bonac., disp. 2, qu. 2, punct. 5, n. 3. — Diana, part. 5, tr. 9, resol. 135. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 6, dub. 3, v. Tertia opinio. — ¹⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 58.

cum ceteris; sed ait fortasse a Romano Pontifice posse hanc facultatem committi non baptizatis, quod negant Salmant.

c) Cap. *Cum voluntate* non loquitur de ipso ferente censuras; huc tamen adducitur in quantum plane significat actiones sumere efficaciam ab intentione agentis.

d) Diana, part. 5, tr. 9, resol. 50: « Multi, inquit, ... asserunt talem judicem non habere auctoritatem excommunicandi, et quod si tentet excommunicare, excommunicationem esse nullam... Contraria sententia est communis

5^o Ut habeat jurisdictionem expeditam.

6^o Ut libere agat.

Ut quis possit censuram ligari requiritur 1^o ut sit homo.

2^o Baptizatus. 3^o Rationis compos.

An autem *censura lata ex metu gravi sit valida?* — Negant Cornejo, Sayrus et Ugolinus, apud Salmant.¹. — Verius tamen affirmant Suarez², Bonacina³, Palaus⁴, [Contin.] Tournely⁵; et Salmant.⁶ cum Coninck et Villalobos. Ratio, quia actus metu gravi factus de se est validus, nisi speciali jure positivo irritetur.

Certum tamen est quod absolutio per metum extorta invalida est. ex cap. *un. de iis quae vi metusve causa, in 6^o*. Vide Salmant.⁷ — Modo metus sit injuste incussus: secus, si juste, ut ait Roncaglia⁸.

13. — « Resp. In omnes et solos subditos alicui superiori ecclesiastico, potest ferri censura; quia subjectio et jurisdictionis sunt correlativa. — Laymann⁹.

« Unde resolves:

« 1^o. *Non baptizati* non incurrunct censuras (licet sint catechumeni); nec *mortui*; quia non subsunt jurisdictioni Ecclesiae.

« Nec refert, quod quandoque mortui dicantur excommunicari: non enim de novo ligantur; sed excommunicatio prior tantum declaratur, ac vivis prohibetur ne cum iis agant, orando pro illis, sepe, etc. Similiter dicuntur absolvi ab excommunicatione, quando sepultura et orationes publicae pro illis permittuntur. — Laymann¹⁰ ».

Ut igitur quis censura ligari possit, quinque requiruntur:

1^o. Ut sit *homo*; bruta enim improprie dicuntur anathematizari.

2^o. Ut sit *baptizatus*.

3^o. Ut sit *rationis compos*; nam pueri

Cornejo, de Censur., i. g., disp. 2, dub. 4, v. Tertia conditio. — Sayr., loc. cit., cap. 16, n. 9. — Ugolin., tab. 1, cap. 2, § 4, n. 2 et 3. — ¹ Tr. 10, cap. 1, n. 59. — ² Disp. 2, sect. 5, v. Quocirca. — ³ Disp. 1, qu. 1, punct. 12, n. 1. — ⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 2. — ⁵ Part. 1, cap. 3, art. 1, v. Quaeres. — ⁶ Loc. cit., n. 60. — Coninck, disp. 13, n. 36 et seqq. — Villal., part. 1, tr. 16, diff. 6, n. 7. — ⁷ Loc. cit., n. 59. — ⁸ De Censur., qu. 1, cap. 6, qu. 7, resp. 2. — ⁹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, n. 3, i. f. — ¹⁰ Loc. cit., n. 1 et 2. — ¹¹ Disp. 36, sect. 2, v. Hinc vero. — ¹² Loc. cit., n. 167. — Suar., loc. cit. — Avila, part. 5, disp. 4, sect. 2, dub. 5. — Cornejo, de Censur., i. g., disp. 9, dub. 3, v. Infero 2. — Sayr., lib. 1, cap. 8, n. 2. — Candid., disquis. 22, art. 9, n. 2, v. Tertium. — ¹³ Loc. cit., n. 167. — Suar., disp. 5, sect. 1, v. Hic vero. — Palaus,

et perpetuo amentes, sicut sunt incapaces culpa, ita et censurae.

An autem *ipsi ligari possint interdictio locali, ita ut sint excludendi a divinis officiiis?* — Negant Suarez¹¹, Tournely¹²; et Salmant.¹³ cum Suarez, Avila, Cornejo (contra Sayrum et Candidum); quia incapaces sunt poenae. — Illi vero qui ad tempus tantum ratione carent (ut amentes ad tempus, ebrii, dormientes): hi ligantur censuris, si tempore quo erant rationis compotes causam dederunt. Salmant.¹³ cum Suarez, Palaus, Coninck, etc.

14. — An vero *impuberes doli capaces ligari possint censuris?*

Resp. Si censura feratur per modum *praecepti*, omnes doctores affirmant. — Si tamen per modum *sententiae*, negant Sayrus, Villalobos, etc.; quia impuberes difficulter tueri se possunt in judicio. Sed adhuc affirmant probabiliter Palaus¹⁴, Suarez¹⁵, Croix¹⁶, Bonacina¹⁷, [Contin.] Tournely¹⁸, Holzmann¹⁹; et Salmant.²⁰ cum Coninck; quia, si non per se, saltem per alium se defendere valent.

Advertendum tamen quod censurae *generaliter* latae a jure vel ab homine, non incurrunctur ab impuberibus. — Nisi hoc expressum sit in lege; ut expressum est de ingressu puerorum in monialium monasteria in concilio Tridentino²¹, ubi dicitur: *Cujuscumque... aetatis fuerit*. Idemque est expressum de impuberibus clericorum percussoribus, ex cap. *Pueris, fin., de sent. excom.* Ita communiter Leander, Sotus, Azor, Sa, Sayrus, etc. cum Salmant.²² (contra Dicastillum apud Croix²³).

tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 1, v. Quarto. — Coninck, disp. 13, num. 46 et 47. — Sayr., lib. 1, cap. 8, num. 4. — Villal., part. 1, tr. 16, diff. 14, n. 5. — ¹⁴ Tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 2. — ¹⁵ Disp. 5, sect. 1, v. Ex quo. — ¹⁶ Lib. 7, n. 42. — ¹⁷ Disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 9. — ¹⁸ De Censur., part. 1, cap. 3, artic. 3, dico 1, v. Hinc sequitur. — ¹⁹ De Poenis Eccles., num. 102. — ²⁰ Tr. 10, cap. 1, num. 168. — Coninck, disp. 13, num. 45. — ²¹ Sess. 25, de Regular., cap. 5. — Leand., tract. 1, disp. 3, qu. 12. — Sotus, in 4, dist. 18, qu. 1, art. 8, i. f., v. De verbo. — Azor, part. 1, lib. 7, cap. 29, qu. 6. — Sa, v. Censura, num. 2 (edit. genuin.). — Sayr., loc. cit., num. 4. — ²² Tract. 10, cap. 1, num. 168. — Dicast., de Censur., disp. 1, num. 232. — ²³ Lib. 7, num. 42.

aliorum, quod jurisdictionis excommunicandi vel suspendendi non tollitur nisi per manifestam sententiam ».

13. — a) Contin. Tournely haec dicit, part. 2, cap. 3, art. 1, v. f., v. Not. 3, de interdicto personali generali.

Impuberes doli capaces possunt ligari censuris laicis per modum praecepti.

Regulariter non possunt ligari censuris generaliter laicis.

Hinc infert Caelestinus impuberes nec vi monitorii teneri ad revelandum.

15. — 4°. Ut sit *subditus*. — Qua de re, Summus Pontifex nequit censura ligari: non quidem ab alio, quia superiorem non habet; neque a se, quia non tenetur praeceptis suis vi coactiva, sed solum directiva. Excipe si Papa sit haereticus; quia concilium generale tunc potest eum cogere per censuras, ex can. *Si Papa dist. 40*. — Et ideo nec episcopi ligantur censuris ab ipsis emanatis. Salmant. 1.

Si vero censurae sint a *jure*, eas nec etiam incurrunt episcopi aut cardinales (ut Salmant. 2°): nisi de ipsis expressa mentio fiat ex can. *Quia periculosum, in 6°*. — Hoc tamen ajunt Salmant. 3° cum Palao, Suarez, Bonacina, Sayro et communi, dumtaxat intelligi de suspensione et interdicto (de quibus fit mentio in dicto Cap.); non autem de excommunicatione, cui subjacent episcopi, etiamsi in lege de iis nulla mentio fiat.

16. — *Reges* autem et *reginae*, quamvis subditi sint episcopis in spiritualibus, jure tamen novo non possunt ligari censuris nisi a Papa: et hoc, ex privilegio quod eis communiter ab auctoribus attribuitur, ut dicunt Salmant. 4° cum S. Antonino Palao, Cornejo, Avila, etc.

17. — An autem *episcopus possit ferre censuras in peregrinos ad cavenda crimina?*

Affirmant aliqui apud Croix 5°; quia ratione delicti ipsi jam fiunt subditi. Sed negant probabilius Lugo 6° et alii quos retulimus de *Sacram. Poenit.*, n. 591, v. *Non tamen*. — Notandum tamen quod, licet episcopus probabilius non possit censu-

ram ferre in peregrinum ante monitionem: potest tamen, postquam ille deliquerit in loco, et episcopus eum citaverit, juxta dicenda n. 26.

18. — Requiritur 5°. Ut sit *persona determinata*: hoc tamen intellige quoad excommunicationem tantum. — Quare licet posset suspendi aut interdicti aliqua civitas aut collegium, non potest tamen illud excommunicari; ut communiter docent S. Thomas 7°; Palaus, Bonacina, Henriquez a), etc. cum Salmant. 8°. Imo, nec ferri potest excommunicatio in aliquem incertum ex communitate (qui scilicet tale crimen pataverit): quo casu censura est etiam nulla, ut notant Roncaglia 9°; et Salmant. 10° cum Candido. — Hoc tamen currit si excommunicatio feratur per modum sententiae. Nam si feratur per modum statuti aut praecepti, in quo aliquid praecipitur sub excommunicatione: tunc nulli dubium quod omnes transgressores eam incurrant. Salmant. 11°.

19. — Quaeritur autem: *an excommunicatio lata in communitatem per modum sententiae sit non solum illicita, sed etiam invalida?*

Resp. Si censura feratur in aliquos tantum transgressores ex communitate; certe est nulla, ut omnes dicunt.

Si vero, facto examine, omnes illius communitatis nocentes reperiantur: tunc valide ac etiam licite potest communitas illa excommunicari a Papa. — Ab aliis tamen praelatis illicite excommunicaretur, cum sit vetitum in cap. *Romana, de sent. excomm. in 6°*; sed non invalide, ut dicunt Avila, Henriquez, Ledesma, etc. cum Salmant. 12° — Hinc, ut etiam licite

5° Requiritur ut sit persona determinata.

Quaedam solutiones.

episcopus aliquam communitatem excommunicet, debet singulos culpatos nominatim excommunicare. Salmant. 1.

« 2°. Advenae et peregrini, brevi tempore alicubi commorantes, non ligantur « censuris locorum, generali sententia aut « statuto decretis; quia non sunt subditi. « — Laymann. 2°.

« 3°. Etsi subditi extra suam dioecesim « (vel in loco dioecesis exempto) delin- « quentes contra legem sui episcopi non « incurrant censuram; superior tamen, « saltem regularis, potest suos subditos, « ubicumque existant, per particularem « sententiam censuris innodare. — Vide « Laymann 3°.

« 4°. Haeretici, apostatae et schisma- « tici possunt affici censuris, quia per Ba- « ptismum sunt subjecti Ecclesiae. — Vide « Laymann 4°.

« 5°. Solus Papa non potest incurrere « censuram, quia nulli est subjectus. — « Bonacina 5° ».

20. — Communis est sententia quod praelati regulares possunt subditos suos censuris innodare ubicumque isti existant. — Ita Sanchez 6°, Croix 7°, [Contin.] Tournely 8°, Salmant. 9° cum Avila, Candido, etc.

21. — Dubium vertitur quoad *episcopos*. Sed hic plures Quaestiones occurrunt.

Quaeritur 1°. *An episcopus extra propriam dioecesim existens possit contra subditos censuras ferre?*

Exceptis aliquibus casibus (ut infra), resp. negative, ex can. *Episcopi, [caus.] 9, qu. 2*, et ex clem. *Quamvis, de foro comp.* Ratio, quia nemo potest in alieno territorio jurisdictionem contentiosam exer-

1 Tr. 10, cap. 1, n. 171. — 2 Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, n. 5. — 3 Loc. cit., a n. 6. — 4 Loc. cit., n. 1. — 5 Disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 13. — 6 Decal., lib. 6, cap. 8, n. 33. — 7 Lib. 7, n. 28. — 8 De Censur., part. 1, cap. 3, art. 3, v. *Haec nostra*. — 9 Tr. 10, cap. 1, num. 103. — *Avila*, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 4. — *Candido*, disquis. 22, art. 27, dub. 6. — 10 Tr. 29, disp. 1, punct. 5, num. 3. — 11 Diss. 1, cap. 3, n. 8. — 12 Loc. cit. art. 3, v. *Quaeres* 3. — 13 Loc. cit., n. 104. — *Coninck*, disp. 13, n. 39. — *Avila*, loc. cit., disp. 2, dub. 1. — *Cornejo*, disp. 6, dub. 2. — 14 Diss. 1, cap. 3, num. 8. — 15 Part. 1, cap. 3, artic. 3,

cere. — Ita Palaus 10°, Concina 11°, [Contin.] Tournely 12°; et Salmant. 13° cum Coninck, Avila, Cornejo, etc. — Casus excepti sunt: 1°. Si contumacia sit tam manifesta, ut non indigeat cognitione causae, ex can. *Manifesta, [caus.] 2, qu. 1*. — 2°. Si causa sit jam cognita in proprio territorio. — 3°. Si censura feratur, non per modum sententiae, sed per modum praecepti aut statuti ad futura crimina cavenda. — 4°. Si episcopus sit injuste expulsus a sua dioecesi. Quo casu potest in locis vicinioribus suam jurisdictionem exercere, petita, licet non obtenta, licentia ab Ordinario loci, ut ex cit. clem. *Quamvis*. — 5°. Si Ordinarius illius loci consentit, ex can. *Nullus primas, [caus.] 9, qu. 2*. Tunc tamen requiritur etiam consensus partium; quia nemo invitus trahi potest extra suum territorium. Ita Bonacina a), Palaus b), Concina 14° et [Contin.] Tournely 15°; ac Salmant. 16° cum Avila a), Candido a) et Cornejo.

Notant autem Salmant. 17° cum Candido, bene posse episcopum extra dioecesim existentem, sine strepitu iudicii absolvere a censuris; non vero judicialiter.

22. — Quaeritur 2°. *An episcopus existens in sua dioecesi possit ligare censuris subditum in aliena existentem, sed pro crimine in propria commisso?*

Negant Basilus et Gabriel et alii. — Vide Croix 18°.

Sed affirmandum cum communi et vera sententia, quia alias talis delinquens a nullo puniri posset. Ita Bonacina 19°, Concina 20°, [Contin.] Tournely 21°, et Salmant. 22° cum Coninck, Cornejo, Diana et Candido. — Et licet citatio rei non possit fieri

quaer. 3, ad 1 limitat. — 16 Tr. 10, cap. 1, num. 105. — *Cornejo*, disp. 6, dub. 2, v. *Ab hac tamen*. — 17 Loc. cit., n. 105. — *Candido*, disquis. 22, art. 25, dub. 6. — *Basil. Pontius*, de Matr., lib. 5, cap. 7, num. 20. — *Gabr. Biel*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 2, concl. 6. — 18 Lib. 7, num. 46. — 19 Disp. 1, qu. 1, punct. 11, num. 13. — 20 Loc. cit., n. 9. — 21 Loc. cit., v. *Quaeres*... Resp. 1. — 22 Tract. 10, cap. 1, num. 107. — *Coninck*, disp. 13, num. 62. — *Cornejo*, disp. 6, dub. 2, qu. 2, v. *Dico* 2. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 32, v. *Nota* 2. — *Candido*, disquis. 22, artic. 27, dub. 1, v. *Dico* 2.

Exceptiones.

Potest tamen absolvi extra-judicialiter.

Episcopus in dioecesi potest ligare censuras subditum extra-degentem.

Coelestin. Suesionen., Compend. theol. mor., tr. 3, cap. 6, v. *Dico* 9. — 1 Tr. 10, cap. 1, n. 159. — 2 Loc. cit., n. 160. — 3 Loc. cit. — *Palaus*, tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 3. — *Suar.*, disp. 5, sect. 4, v. *Omissis*. — *Bonac.*, disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 15 et 16. — *Sayr.*, lib. 1, cap. 8, n. 25. — 4 Loc. cit. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 24, cap. 75, § 2. — *Palaus*, tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 3. — *Cornejo*, disp. 9, dub. 4, i. f. — *Avila*, part. 2, cap. 4, dub. 4. — 5 Lib. 7, n. 32. —

6 Respons. mor., lib. 6, dub. 22, n. 4. — 7 Suppl., qu. 22, art. 5. — *Palaus*, loc. cit., n. 3. — *Bonac.*, disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 11. — 8 Loc. cit., n. 169 et 170. — 9 De Censur., qu. 1, cap. 4, qu. 1, v. *Sententia*. — 10 Loc. cit., n. 169. — *Candido*, disquis. 22, art. 9, dub. 2. — 11 Loc. cit., n. 169. — *Avila*, part. 2, cap. 4, dub. 6, concl. 3. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 25, n. 4. — *Petr. Ledesma*, de Censur., cap. 5, concl. 7. — 12 Tr. 10, cap. 1, n. 171.

Excommunicatio in communitatem quantum ad illam est invalida.

Episcopus extra dioecesim non potest ferre censuras.

18. — a) Henriquez, lib. 13, cap. 25, n. 4, de suspensione et interdicto plane concordat; de excommunicatione vero dicit quod si episcopus « contra praeceptum juris » excommunicaret collegium, ligaret si facta informatione novisset « omnes illius collegii per-

sonas deliquisse ». Papam vero facilius posse excommunicare collegium, quia « habet potestatem supra jus »; si tamen excommunicet communitatem, in qua « sunt quidam innocentes, excommunicatio est irrita et neminem ligat ».

21. — a) Bonacina, disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 3; Avila, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 1; Candido, disquis. 22, art. 25, dub. 2, et 3, requirunt tamen consensum Ordinarii illius loci; de consensu vero partium non loquun-

tur: quamvis Avila et Candido pro utraque parte citentur a Salmant.

b) Palaus, tr. 29, disp. 1, punct. 5, n. 3, id praetermittit nec potui invenire locum ubi hoc habeat.

extra territorium; sufficit tamen ad censuram incurrendam ut reus in propria domo vel in loco publico proprii territorii citetur. Ita Salmant.¹ — Et hoc currit, etiamsi subditus delinquat extra dioecesim, si agatur de re quae in illa sit: prout si excommunicentur clerici omnes qui ad synodum non accedunt, etc. Ita Suarez², Bonacina³; et Salmant.⁴ cum Avila, Cornejo et Candido.

Limitatio.

Probabilius tamen est, quod si crimen extra territorium consummetur, reus censuram non incurrit. Ita Suarez⁵, Bonacina⁶ et Salmant.⁷ cum Cornejo, Diana et Candido (contra Villalobos et Sayrum); et probatur ex cap. 2, de constitut., in 6^o. Casus esset, ex gr. si sit lata censura contra stuprum committentes: eam non incurrit qui virginem extrahit a proprio territorio, et extra illud stuprum consummat. — Secus, si quis vulneret aliquem in ecclesia qui alibi moriatur (Salmant.⁸). Vel, si vulneret in dioecesi, et ille moriatur extra; ut [Contin.] Tournely⁹.

23. — Quaeritur 3^o. Si episcopus fert censuram in subditum suum per praeceptum particulare, si delinquit (puta, si furetur); utrum subditus, delinquendo extra territorium, censuram incurrat?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Suarez¹⁰, Sporer¹¹, Croix¹²; Laymann¹³ cum Abbate, Sà et Ugolino, ac Bonacina¹⁴ cum Salas et Filliuccio. — Ratio, quia statutum respicit territorium, et ideo extra illud neminem ligat. Praeceptum vero respicit personas, et ideo ligat etiam existentes extra territorium.

¹ Tr. 10, cap. 1, n. 108. — ² Disp. 5, sect. 4. — ³ Disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 7. — ⁴ Loc. cit., num. 109. — Avila, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 2, concl. 3. — Cornejo, de Censur., i. g., disp. 6, dub. 2, v. Dico 3; et de Excom., disp. 6, dub. 5, qu. 4. — Candida., disquis. 22, art. 26, dub. 5. — ⁵ Loc. cit., v. Atque hinc. — ⁶ Loc. cit., num. 10. — ⁷ Tr. 10, cap. 1, num. 111. — Cornejo, de Censur., i. g., disp. 6, dub. 2, v. Dico 4; et de Excom., disp. 6, dub. 5, qu. 5. — Diana, part. 5, tr. 9, resol. 33. — Candida., loc. cit., dub. 7 et 8. — Villal., part. 1, tr. 16, diff. 16, num. 4. — Sayr., lib. 1, cap. 6, a num. 41; et cap. 7, num. 10. — ⁸ Tr. 10, cap. 1, num. 111. — ⁹ Part. 1, cap. 3, art. 8, v. Sed si tetraiter. — ¹⁰ Disp. 5, sect. 5, v. Tota ergo, et v. Imo hinc. — ¹¹ Suppl. Decal., cap. 3, n. 13, ad VI. —

23. — a) Holzmann, loc. cit. n. 103, v. Dices, hoc modo rem explicat; postquam negavit subditum extra dioecesim existentem posse ferri censura lata per praeceptum, objicit:

Secunda sententia negat. Et hanc tenent Holzmann¹⁵, Contin. Tournely¹⁶; Roncaglia¹⁷ cum Coninck, Hurtado et Antonio a Spiritu S.; item Avila, Sayrus, Henriquez, apud Laymann¹⁸. Idque probant ex cap. Ut animarum 2, de constitut. in 6^o, ubi sic dicitur: Statuto episcopi, quo in omnes qui furtum commiserint excommunicationis sententia promulgatur, subditi ejus furtum extra ipsius dioecesim committentes minime ligari noscuntur, cum extra territorium jus dicenti non pareatur impune. — Ergo, sicut statutum non ligat, non eo quod non afficiat personas, sed quia non licet episcopo jus dicere extra territorium: ita neque ligare potest praeceptum.

Utraque sententia est probabilis. — Sed prima videtur probabilior. Nam textui opposito respondetur quod, cum censura est lata per statutum, ideo episcopus non potest jus dicere extra territorium, quia statutum immediate afficit locum; ac propterea, quando subditus delinquit extra territorium, non agit contra legem, quae tantum locum afficit. At cum praeceptum particulare afficiat personam, et illi haereat quocumque discedat, ut fatetur ipse Holzmann¹⁹: ideo subditus, cum extra territorium ligetur praecepto, ligatur etiam censura.

Certum autem est ex praefato textu quod si episcopus nullum subdito antea dederit praeceptum sub poena censurae, nequit eum censura punire, si delinquat in aliena dioecesi. — Et idem dicendum, si ille delinquat in loco exempto; quia in

¹⁵ Lib. 7, n. 43. — ¹⁶ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, n. 7. — Abb. Panorm., in cap. fin. de foro compet., n. 42. — Sà, v. Index, § De sententia et citatione, num. 8. — Ugolino., tab. 1, cap. 9, § 3, num. 4. — ¹⁷ Disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 17. — Salas, de Legib., disp. 14, sect. 5, n. 78. — Fill., tr. 11, cap. 5, n. 153. — ¹⁸ De Poenis Eccles., n. 103. — ¹⁹ Loc. cit., art. 3, resp. 2, v. Major est difficultas. — ²⁰ De Censur., qu. 1, cap. 4, qu. 3, resp. 1. — Coninck, disp. 13, num. 61. — Gasp. Hurtad., de Censur. in com., diff. 8, num. 34. — Anton. a Spir. S., Director. confess., tr. 12, disp. 1, n. 126. — Avila, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 2, concl. 1. — Sayr., lib. 1, cap. 6, n. 39 et 40. — Henriquez, lib. 13, cap. 26, n. 1. — ²¹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, num. 6.

« Praeceptum praesertim speciale... respicit personam subditi secundum se et independentem a loco, prout ipsimet concessimus part. 1, n. 415, ergo subditum ligat ubicumque exi-

Juxta alios, non incurrit.

Utraque sententia probabilis, sed prima probabilior.

eo manet, ac si esset in loco extra dioecesim, ex cap. Cum episcopus, de off. ordinar. in 6^o; ex cap. 1, de privileg. in 6^o, et clem. Archiepiscopo, eod. tit.

24. — An autem ecclesiae et monasteria regularium sint loca exempta?

Domus regularium sunt loca exempta.

Vide dicta Lib. I, n. 157, v. An vero, ubi diximus probabilem esse sententiam affirmativam, cum Bonacina, Sayro, Avila, Candido ac Salmant.¹ — Quibus adde Roncaglia² et Croix³: qui ait cum Avila⁴, Henriquez⁵, Hurtado⁶, Delbene, etc., quod si episcopus prohibeat statuto generali aliquid, puta lusum alearum, sub censura, eam non incurrit ludens in loco exempto.

Quid de damno resarciendo.

25. — Notandum tamen hic quod si agatur de damno alteri resarciendo, et fur ille in proprium territorium veniat^{a)} atque ibi conveniatur de furto extra commisso: bene potest illius Ordinarius eum cogere sub censura ad restituendum. Ita Suarez⁴; et Salmant.⁵ cum Candido, Soto, Avila et Cornejo.

Ratio, quia, si postea ille delinquit, debitam restitutionem negligendo, recte episcopus ratione delicti eum excommunicat.

26. — Quaeritur 4^o. An episcopus possit censuris ligare alienum subditum in sua dioecesi delinquentem?

Episcopus potest censuris ligare alienum delinquentem in sua dioecesi.

Affirma; quia quicumque delinquens sortitur forum illius loci ubi delinquit, ex cap. fin. de foro compet.

Bonac., disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 8. — Sayr., lib. 1, cap. 6, n. 40 et cap. 7, num. 9. — Avila, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 5. — Candida., disquis. 22, art. 26, dub. 3. — ¹ Tr. 10, cap. 1, n. 114. — ² Cap. 4, qu. 3, resp. 1, v. Quae dicta sunt. — ³ Lib. 7, n. 45. — Delbene, de Immun. Eccles., cap. 12, dub. 1, sect. 4. — ⁴ Disp. 5, sect. 5. — ⁵ Loc. cit., n. 112. — Candida., disquis. 22, art. 27, dub. 2. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 2, art. 1, v. Si autem Salmantinus. — Avila,

stat. Cui occurrit: « Respondetur explicando et dist. ant. Praeceptum simpliciter prolatum, quod egreditur a potestate dominationis, conc. Praeceptum illativum censurae, quod egreditur (et quidem necessario) a potestate jurisdictionis, neg. ant. ».

24. — a) Avila, loc. cit.; Henriquez, lib. 13, cap. 26, n. 2; Gasp. Hurtadus, loc. cit., n. 32, non satis accurate allegantur a Croix: non enim loquuntur de lusu alearum, sed tantum statuunt principium generale, quod videlicet peccans contra statutum episcopi in loco exem-

Excipe 1^o. Si delinquens esset illius episcopi superior, ut ejus archiepiscopus vel patriarcha. — Secus, si episcopus non esset illi suffraganeus; nam, licet par in parem jurisdictionem non habeat (ut notant Salmant.⁶ cum Ugolino): ratione tamen delicti, ille archiepiscopus fit episcopi subditus, ut dicunt Salmant.⁷ cum Cornejo. Ex qua ratione, sentit Croix⁸ (contra Salmant.⁹) cum Pignatello^{a)} et Gibalino, afferente declarationem S. Congregationis, quod episcopus etiam archiepiscopum suum in dioecesi episcopi delinquentem^{b)} possit excommunicare. — Regulares autem sunt simpliciter exempti a jurisdictione episcopali, ex cap. Ne aliqui, de privil., in 6^o. Vide Salmant.¹⁰. — Et in religiosos exemptos sive privilegiatos, ut Mendicantes et Jesuitas (Vide infra, n. 241, v. Quarta), nequit episcopus ferre censuras, etiamsi procedat tamquam delegatus apostolicus; ut Croix¹¹ cum Pelizzario et aliis.

Excipe 2^o. Si reus, antequam ejus causa cognoscatur ab Ordinario loci, ab illius territorio exeat. (Ad differentiam delinquentis in sua patria: qui, etiamsi postea a proprio territorio discedat ante sententiam et ante citationem, bene potest censura ligari a suo Ordinario; ut diximus supra, n. 22). — Secus si delinquens in alieno territorio, antequam discedat, citatione praeveniat: tunc enim, ratione iudicii inchoati, subjectus remanet epi-

part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 2, concl. 6. — Cornejo, de Excom., disp. 6, dub. 5, qu. 3. — ⁶ Loc. cit., num. 40. — Ugolino., tab. 1, cap. 2, § 11, num. 21. — ⁷ Tr. 10, cap. 1, n. 37. — Cornejo, de Censur., i. g., disp. 2, dub. 4, v. Infero ultimo. — ⁸ Lib. 7, n. 32. — ⁹ Loc. cit., n. 37. — Gibal., de Sacra Jurisdic. (seu de Censur.), disquis. 2, qu. 1, conseq. 2. — ¹⁰ Loc. cit., n. 37. — ¹¹ Lib. 7, n. 30. — Pelliz., tr. 7, cap. 1, n. 52.

pto (« ut monasterio » addit Henriquez), non incurrit censuram latam a dicto statuto.

25. — a) Suarez et Candidus omittunt circumstantiam hanc, quod scilicet fur ad proprium territorium redeat, et ibi conveniatur; in reliquis vero concordant.

26. — a) Pignatellus, tom. 1, consult. 170, n. 8, hoc dicit non de archiepiscopo, sed de episcopo offendente alterius episcopi jurisdictionem in illius dioecesi. Et de hoc affert declarationem S. Congr.

b) Croix et Gibalinus id intelligunt de de-

Exceptiones.

scopo loci. Ita Concina¹; Roncaglia² cum Hurtado³; Laymann⁴, cum Abbate, Henriquez et Sayro; ac Coninck, Diana, Silvester, Avila, Cornejo, etc. cum Salmant.⁴

27. - Quaeritur 5^o. *An censura alicubi lata, v. gr. contra furantes in ecclesia vel contra non revelantes furtum, liget etiam alienigenas ibi existentes?*

Si censura sit lata per modum *praecepti particularis* seu sententiae in casu particulari, nempe si sit lata excommunicatio contra non revelantes fures, haec non ligat alienigenas; quia praecipuum particulare non potest non subditos adstringere. Ita communiter Suarez, Coninck, Diana, Silvester, Sayrus⁵, etc. cum Salmant.⁵, ex cap. *A nobis 21, de sent. excom.*⁶. — Si autem censura sit lata *per modum statuti generalis* pro delictis futuris, puta contra furantes in ecclesia; tunc ligat etiam alienigenas in illo loco existentes, si ibi sint animo commorandi majorem partem anni; secus, si transeunter ibi commorentur. Ita Sanchez⁷; et Salmant.⁸ cum Suarez⁹, Bonacina, Silvestro, Sayro¹⁰, etc.

Censura lata particulariter non ligat peregrinos.

Lata generaliter quandoque eos ligat.

¹ Diss. 1, cap. 3, n. 11. — ² De Censur., qu. 1, cap. 4, qu. 2. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 4, n. 7, i. f. - *Abb. Panorm.*, in cap. fin. de foro compet., num. 7. - *Henriq.*, lib. 13, cap. 26, n. 2. - *Sayr.*, lib. 1, cap. 6, num. 43. - *Coninck*, disp. 13, n. 57. - *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 36. - *Silvest.*, v. *Excommunicatio II*, num. 10. - *Avila*, part. 2, cap. 3, disp. 2, dub. 3, concl. 2. - *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 6, dub. 2, qu. 3, v. *Dico 2*; et de *Excom.*, disp. 6, dub. ult. - ⁴ Tr. 10, cap. 1, n. 36 et num. 115. - *Suar.*, disp. 5, sect. 5, n. 8, v. *Quocirca*. - *Coninck*, loc. cit.,

Haec sententia probabilior mihi est. — Sed non puto improbable quod tam in primo quam in secundo casu peregrini ligentur censura, etiamsi alicubi sint per breve tempus. Quia satis probabile est quod peregrini fiant subditi, si, adhuc per breve tempus, in aliquo loco morentur; juxta sententiam relatam *Lib. III, n. 332, v. An autem*.

28. - Notandum hic 1^o. Quod semel innodatus una censura potest et alias plures incurrere, etiam ejusdem rationis. — Ita communiter doctores cum S. Thoma⁷ et Salmant.⁸, ex *clém. 2, de sent. excom.*

Notandum 2^o. Quod propter idem delictum potest quis multipliciter ligari a diversis, scilicet a jure et ab homine, a Papa et episcopo; ita ut ab utroque absolvi debeat. Ita probabiliter Suarez⁹, Palaus¹⁰, Bonacina¹¹; et Salmant.¹² cum Filiuccio, Cornejo, etc., contra aliquos. — Hoc^o tamen intelligendum, si secundus superior intendat vere novam poenam imponere; alias, regulariter secunda censura habetur ut innovatio seu publicatio

n. 60. - *Diana*, loc. cit., resol. 36, v. *Sed insurgit hic*. - *Silvest.*, loc. cit., num. 10, v. f. - ⁵ Loc. cit., num. 117. — ⁶ Tr. 10, cap. 1, n. 116. - *Bonac.*, disp. 1, qu. 1, punct. 11, n. 20 et 21. - *Silvest.*, v. *Excommunicatio II*, n. 5 et 10, cum v. *Domicilium*, n. 2 et v. *Jejunium*, n. 7. — ⁷ Suppl., qu. 22, art. 6. — ⁸ Loc. cit., n. 173. — ⁹ Disp. 5, sect. 2, v. *Praeterea*. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 1, punct. 6, n. 6. — ¹¹ Loc. cit., qu. 1, punct. 5, n. 13. — ¹² Loc. cit., n. 176. - *Fili.*, tr. 11, cap. 5, n. 142 et 144. - *Cornejo*, de Censur., i. g., disp. 9, dub. ult.

Secundus casus.

Tertius casus.

Primus casus.

Aliquis potest pluribus censuris plecti.

primae. Bonacina¹; et Salmant.² cum Bonacina, Candido, Sayro et Cornejo.

Notandum 3^o. Quod is qui per unicum actum duo peccata committeret specie diversa, quorum unicuique censura est imposita, tunc duas censuras incurreret (prout si quis occideret clericum in loco ubi quodvis homicidium sit vetitum sub censura). Secus, si peccatum non haberet malitias plures specie diversas. — Ita Suarez³, Bonacina⁴; et Salmant.⁵ cum Cornejo, Diana et Candido.

Notandum 4^o. Quod si quis reiterat idem crimen moraliter distinctum a primo cui imposita est censura, toties censuram incurrat.

Secus, si moraliter actus non interrumpitur. — Hinc, unam censuram incurrat qui pluries successive clericum percutit; qui eodem actu duos homines extrahit ab ecclesia. — Ita etiam dicunt Salmant.⁶ cum Lugo⁷, Rodriguez⁸, etc., si sacerdos excommunicatus eodem tempore plures confessiones excipit. Quia, sicut si sacerdos ille una absolutione plu-

res absolvit unam irregularitatem incurrat; sic etiam, si plures absolvit successive; tunc enim una actio moralis reputatur (Sed verius dicendum oppositum, juxta dicta *de Peccat., Lib. V, n. 50, qu. 6*). — Idem si quis, uno verbo blasphemaret duodecim Apostolos, vel eodem impetu plures sanctos, Salmant.⁷ cum aliis. (Et hoc probabile est, juxta dicta cit. *Lib. V, de Peccat., n. 47*).

Quid, si quis plures clericos eodem actu vulneraret, an plures excommunicationes incurreret? — Negant Suarez⁹, Bonacina¹⁰, et probabile putant Cornejo, Candidus¹¹, Diana¹², apud Salmant.⁸; quia, sicut unum peccatum iste committeret, sic unam incurreret excommunicationem. Et idem censet Leander⁹, si laesio plurium accideret in eadem rixa et impetu. — Sed nos oppositum sequimur cum Salmant.¹⁰, qui citant Cornejo, Machado, etc.; quia probabiliter est (ut diximus eodem *Lib. V, n. 46*), quod qui uno ictu plures homines occidit plura peccata committat.

Eodem actu vulnerans plures clericos incurrat plures censuras.

¹ Disp. 1, qu. 1, punct. 5, num. 11 et 13. — ² Tr. 10, cap. 1, num. 177. - *Bonac.*, loc. cit. - *Candid.*, disquis. 22, art. 12, dub. 2, i. f. - *Sayr.*, lib. 1, cap. 10, n. 11. - *Cornejo*, loc. cit. — ³ Disp. 5, sect. 3, v. *Et ex his*. — ⁴ Loc. cit., n. 8. — ⁵ Tr. 10, cap. 1, n. 178. - *Cornejo*, de Censur., i. g., disp. 9, dub. ult. - *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 60, v. *Notandum... Secundo*. - *Candid.*, disquis. 22, art. 11, n. 2. -

⁶ Tr. 10, cap. 1, n. 182. — ⁷ Loc. cit., n. 183. — *Cornejo*, de Censur. i. g., disp. 9, dub. ult., qu. 4, v. *Dico 1*. - *Candid.*, disquis. 22, art. 10, dub. 7. - *Diana*, part. 5, tract. 9, resol. 59. - ⁸ Loc. cit., num. 184. — ⁹ Tract. 1, disp. 3, qu. 43. — ¹⁰ Loc. cit., num. 185. - *Cornejo*, loc. cit., v. *Dico 2*. - *Machado*, lib. 1, part. 3, tract. 2, docum. 6, num. 3.

est prioris modi, dicendum omnino censeo... illam sufficere ut quis teneatur ad festum vel statutum loci servandum ».

⁴ Lugo, *de Poenit.*, disp. 16, n. 558, Rodriguez, *Sum.*, part. 1, cap. 247, n. 27 (al. n. 26), quamvis hic a Salmant. citentur, dicunt dumtaxat sacerdotem qui in peccato mortali plures absolvit, unum tantum peccatum committere.

⁵ Suarez, *disp. 5, sect. 3, v. Quando*, hanc utique sententiam probabilem existimat, et quidem speculative, ut inferius dicit: sed

contrariam utpote securiorem in praxi sequendam esse videri. — Bonacina pariter, *qu. 1, punct. 5, n. 7*, ait hanc probabiliter defendi posse, sed contrariam esse tutiorem.

¹) Quamvis Candidus et Diana hanc opinionem probabilem existimant; at certe cum ipso S. Alphonso Candidus, *loc. cit.*, dicit: « Oppositum mihi videtur probabiliter et omnino tenendum »; et Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 164*: « Notandum est... quod si quis uno ictu tres occideret clericos, in tres excommunicationes incurreret ».

licto contra legem communem Ecclesiae vel contra legem Papae.

^c) Gaspar Hurtado, *de Censur. in com.*, *diff. 9, n. 36*, dicit delinquentem posse ligari censura annexa ipsi praeepto « ei notificato in eo episcopatu... Si ante notificationem praeepti egreditur ab eo episcopatu, non ligatur censura ».

27. - ^a) Sayrus hic a Salmant., sed ex Avila citatur; ipse tamen, *lib. 1, cap. 7, n. 22*, non de praeepto particulari, sed de sententia generali loquitur. — Itemque cap. *A nobis*, loquens de formula: « Quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit ».

^b) Sanchez, *de Matr.*, lib. 3, *disp. 18, n. 6 et 16*, ita docet de legibus et consuetudinibus loci in communi.

^c) Sayrus non bene citatur a Salmant. (ex Candido tamen); nam, *loc. cit. n. 22*, scribit: « Excommunicatio generaliter lata pro futuris culpis a jure contra delinquentes... obligat

exteros non subditos intra territorium delinquentes: nam ratione delicti quis forum sortitur ». — Suarez, etiam a Salmant. ex Candido citatus, pariter rigidior est, dicens, *disp. 5, sect. 5, n. 14*: « Quando... statutum hujusmodi est, non solum obligat homines habentes domicilium in illo territorio, sed etiam homines peregrinantes, qui in illo versantur per aliquod tempus ». Cfr. etiam *de Relig.*, tr. 2, lib. 2, cap. 14, n. 8, ubi Suarez rem magis explicat, subdistinguens alios duos modos praeter domicilium et quasi domicilium: « Unus est quando quis pervenit ad locum ubi per aliquot dies moretur vel recreetur vel negotietur; ita ut ille sit quasi terminus peregrinationis et viae, licet quis in illo parvo tempore duraturus sit. Alius, modus est quando praesentia in tali loco solum est in transitu, tamquam in hospitio vitae prandendo vel pernoctando, et statim discedendo sine alia mora. Quando ergo praesentia